


protuberans, mox huic tympano aliud impar, hoc est minus, apposui, quasi alterum scamillum, vt hoc pacto ex Vitruuii præcepto stylobata per medium adiectionem per scamillos impares fortiretur. Eius rei figuram exemplarue huiusmodi exhibemus, A. simplex tympanum. B. duplex.



HÆc mihi cum multis de causis minus satisfacerent, primum quod exemplum nullum eiusmodi scamillorum apud antiquos inuenirem, tum quod vero minus simile videretur, Vitruuium rem tam facilem & exiguam, ita religiosè, eaq; constantia præcepisse; ad alia me conferens, in ijs tandem quæ modo allaturus sum, animo conquieui.

Certè durum mihi videbatur stylobatæ superficiem ad
 C normam